



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

De restitutione ex deceptione in contractibus, & de vendentibus male  
mercibus vsuris, de falsificantibus scripturas publicas, vel papales, de  
aperientibus occlusas literas, & de vtentibus falsis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

De restitutione ex deceptione in contractibus, & de vendentibus male mercibus & suris, de falsificantibus scripturas publicas, vel papales, de aperientibus oclusas literas, & de utentibus falsis reliquiis.

C A P. XLIII.

Q. 1.

Utrum de restitutione quæ ortum habet à falsariis circa materiam monetarum, & mercium hic exorsus si mus edisserere: nequid intactum relinquatur, reliquas quæstiones huc attinentes expediamus oportet.

Controversatur ergo hic primo utrum venditor qui merces semicorruptas vendit, quia vendit pelles semiputridas cerdonibus ad calceamenta vetera rescificenda, possit eas eis vendere, quando nonnulla subest ei credulitas, quod cerdones eas ementes inde conficiant fraudulenter calceos novos, quos ut confectos ex corio incorrupto & sano vendent? Quæstio est, cuius meminit Corduba. Igitur vera responsio ad quæstionem est, quod talis venditor non peccat, nec enim alicui nocet, si iusto pretio eas pelles etiam deterioratas officiali vendiderit, quia ad aliquem licitum usum possunt ei aequaliter con-

docere, quod si pelles parum deterioratas has officialis qui eas emit huius rei gratia viliori pretio, iusto tamen, ampliori pretio pro sanis & incorruptis vendit: sibi culpa & fraudi est tribuendum, & non primo venditori sine fraude eas pelles vendenti ei, sicut neque culpæ eius ascribitur, qui vendens vinum, aut oleum, profonetis ea

tradit vendenda: licet non nihil suspitionis, aut præsumptionis surrepat, quod profonetæ in talibus venditionibus nonnullas soliti sunt innectere fraudes, & sic de venditione earum rerum, quarum potest esse bonus, & malus usus, inter quas computat Corduba locare domum meretrici etiam si resciverit locans ei domum, eam tali modo ad suum meretricium opus exercendum usuram. Quod limitandum censet id licere, dum tamen locet ei domum in loco sequestrato, & à republica permisso.

Superaddit vero Corduba non esse licitum eas res vendere ei, de quo fides persuadet quod solum ad malum usum eas merces emit secundum doctores communiter, & secundum Metinam, & Syluestrum, & Nauarrum. Sed 91.

II. Pars. F. L. Lopez. Instr. Consc. tamen

terra  
mpor  
& per  
mol.  
icum,  
leerit  
eca ut  
Ergo  
a mix  
lla fut  
is ter  
purit  
et ex  
cedent  
mpoti  
ppos  
licere  
ore in  
tis, &  
non  
e enim  
stiruit  
dam  
rdinar  
ri, ta  
rem.  
hum  
tracta  
e pro  
er co  
m hu  
e: tum  
ta ex  
post  
tur it  
qui  
De

Cordub.  
in tract. de  
casib. con  
seier. q. 90.  
Met. de  
restit. q. 3.  
fol. 94.  
Syluest.  
tit. emptio.  
art. 5. q. 3.  
Summa  
Hist. c. 23.  
num. 9.  
d. Nauar.  
Sed 91.



tamen Caiet. contra hos tenet dicens posse venditorum merces: quæ non prohibentur vendi puta aleas, fucos, & taxillos, eis vendere, etiam quos sciunt, his mercibus male vsuros.

¶ Sed forte redigi possunt ij doctores ad concordiam vt alibi memini me dixisse, ita vt sententia Caietani intelligatur esse vera quando venditor, licet sciat emptorem ea re male vsurum, qua potest etiam bene vti, scit tamen ea re non male vsurum in detrimentum tertij, vt cum vendit fucos meretrici per quos non inescat nisi paratos & vsentes ad illam accedere. Sententia vero contraria

horum doctorum est intelligenda vera, cum scit emptorem ea re vsurum ad detrimentum tertij: puta armis emptis vsurum ad interficiendum inimicum, quia tunc cum hac scientia non licet ei gladium vendere.

¶ Secundo in dubium hic reuocamus casum illum cuius memini Corduba, Macellarius qui conuenit cum populo de subministrandis ei, in Macello carnis castratorum arietum pro prætaxato pretio tanto, an si inter castratos, quos in macello occidit arietes introgressi fraudulenter incastratos arietes, eorum carnes quoque restit. tit. ibi eodem pretio vendendo, teneatur ad aliquam restitutionem?

¶ Respondetur ergo secundum ipsum nemini dubium quin ad restitutionem populo pro hoc faciendam teneatur, quia neque tanti pretij esse estimantur carnes arietum incastratorum, sicut castratorum: vltra hoc autem, si aliquid nocumeti obuenerit aliquibus ex populo, quia forte in macello vendidit carnem morbidam, si alicui eius esus offecit, tenetur & id damni reparare damnicatis notatis, quod si ignoti sint, id pauperibus restituendum venit. Lat. c. 17. & post hoc ad maiorem cautelam in casu incertitudinis utrum defraudauerit, & nocuerit vel non sumat bullam compositionis. f.

¶ Post hæc Nauarrus & adiecit dicens falsatorem qui aliquam scripturam in damnum alterius falsat, vel emittit, ff. de qui sciens eam esse falsam ea vtitur, aut malitiose abscondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit scribam vt sibi testimonium, aut aliam quamlibet scripturam falsam committeret vltra delictum commissum falsitatis, in hoc casu

manit

manifestum esse incurrere obligationem restituendi damnum: si quod inde sequatur.

¶ Sed quid de notariis conscientibus instrumenta vsurarium taliter quod non videantur vsura, dicendum est plane tales notarios esse periuros, & infames, & teneri etiam ad restitutionem, nisi prout dixit Frater Ioannes de la Peña ad instantiam & preces petentis mutuū sub vsura, eius gratia, & non gratia vsurarij tale instrumentum confecerint. ¶ Si vero tales notarij fecerunt instrumentum clarum vsurarium, licet sint periuri secundum Armilam verbo vsura. §. 41. non tamen tenentur restituere, quia qui sunt grauati possunt per tale instrumentum se iuuare. Quam sententiam ego limito esse veram, nisi tale instrumentum clare vsurarium conficeretur à notario in illis regionibus, Vbi iudices iniquitatis, virtute talium instrumentorum, cogent ad vsuras ibi stipulatas soluendas. Eodem modo dic de testibus & de alijs concurrentibus qui restituere non tenentur, quando non dederūt causam sufficientem damni. Secus si dederunt.

Q. 3.

¶ Subsequenter quaeritur an instrumenta confecta per notarium falsarium sint valida? ¶ Dicitur igitur ad quaestionem breuiter, quod si instrumenta in se falsa non sint, sed sint alias vera, non redduntur inuvalida ex eo solum quod confecta sunt per notarium falsarium, si ea confecit ante sententiam condemnationis de crimine falsarij in se latam, quia ante cōdemnationem etiam quod esset falsus, sed si non est condemnatus, vel si condemnatus est: sed non in tali officio: talia instrumenta per ipsum confecta sunt valida. Secus est si talia instrumenta etiam in se non falsa, confecta fuerint per notarium falsarium post eius condemnationem commissam in officio tabellionatus, quia tunc hae instrumenta non valent.

Q. 4.

¶ De falsantibus literas Papae iam non valentes an sint tales excommunicati, inquirat si aliquis, tale sibi habeat responsum. Primo quod falsans literas Papae excommunicatus est excommunicatione Papae reseruata iuxta caput ad falsariorum de crimine falsi.

Q. 5.

¶ Adhuc etiam de quantitate falsitatis solet dubitari an ad incurrendam huiusmodi excommunicationem vnā literam, aut vnum apicem mutasse satis sit. Ad hoc secūdo dicimus

Q. 6.

dicimus secundum communem opinionem sufficere vnde  
literam, aut vnum apicem demere, etiam si non mutatur  
illarum papalium literarum sententiam, vt cap. dura. de  
crimine falsi, quod dictum limitat Nauarrus <sup>h</sup> dicens, hoc  
non credimus esse verum nisi quoad forum exterius, &  
non quoad forum conscientiae, auctore Gersone <sup>l</sup>. Nam  
secundum Nauarrum <sup>m</sup> quoad forum conscientiae cum  
id faceret aliquis bona mente sine dolo, & sine villo alio  
rius damno, non videtur mortale corrigere aliquam line-  
ram, aut punctum, quod non mutat substantiam aliquam  
nec consequenter excommunicationem incurrit. Insuper  
secundum Nauarrum summa latina genus deceptionis  
est quando quis copulam habet vt obtrineat dispensatio-  
nem, & hoc tacet coram Papa, & quia tunc mentitur vir-  
tualiter dispensatio ei non valet.

*k* Nauar.  
3. Summa  
Lat. c. 17.  
num. 169.

*l* Gerson  
contra Ho-  
stiensem in  
Sum. de cri-  
mine falsi.  
§. porro.  
ver. sed ho-  
die & con-  
tra Caiet.  
in Summa.  
verbo, Ex-  
communi-  
cateo. 30  
Summa  
Lat. c. 27.  
num. 62.

¶ Sicut etiam secundum Cordubam in tractatu de ca-  
sibus conscientiae quaestione quadragesima sexta, non va-  
let eis qui papae proponunt false intercessisse copulam, vt  
faciliter dispensationem. Secus est si aliquid tacuerunt  
sine fraude coram papa, quod si expressum fuisset dispensa-  
tionem faciliteret aut certe difficiliorem non redderet  
quia impertinenter se ad hoc haberet.

¶ Tertio dicimus directe respondentes ad primam qua-  
estionem propositam: quod etiam non incurrit predictam  
excommunicationem, qui falsauit literas papae sic tem-  
pore quo iam erant inuvalidae, cum iam euanuerunt secun-  
dum Nauarrum <sup>n</sup> auctore Richardo <sup>o</sup>: sicut nec etiam se-  
cundum Armillam <sup>p</sup> aperiens literas papae non est exco-  
municatus cum id non reperiat, quia talis neque vitium  
radendo, neque apponendo sigillum adulterium, de  
quibus iura allegata loquuntur. Ideo, quia sumus in per-  
nis non debet extensio fieri.

*n* Nauar.  
cap. 29. nu-  
169.

*o* Richar.  
in 4. dist.  
18. arti. 12.

*p* 3.  
verb. fal-  
sarius. §. 6.

*q* 6. 7.  
Summa  
Lat. c. 27.  
num. 22.

¶ Ad haec in dubium reuocari solet an falsificantes, vt  
mutantes supplicationes per papam, seu de eius manda-  
to signatas, & datas sine papae, aut eius datari licetia, quae  
signaturae vocantur, incidat excommunicationem exco-  
municati? Sed respondet Nauarrus <sup>q</sup> proculdubio tales etiam  
excommunicationem incurrit. Nam licet in materia  
odiosa per literas apostolicas non includantur supple-  
cationes a papa signatae quae signaturae vocantur, nisi ex-  
primam

primantur, tamen, quia in bulla cœnæ à Gregorio de-  
cimo tertio papa nostro exprimuntur, ideo has signatu-  
ras falsificans excommunicatione cœnæ Domini excôm-  
municatus est.

¶ Non tamen incidunt hanc excommunicationem falsarij  
literarum nuntij, aut pœnitentiariæ, quia literæ nuntij  
non sunt propriæ literæ papales, id est apostolicæ, sicut  
literæ quoque pœnitentiariæ non sunt literæ papæ, sed  
eius commissarij constituti viarum vocis oraculo. Secus ta-  
men de falsario breuium papæ iuxta Gómez libr. de  
breuib. pag. 3.

¶ Et tandem excommunicatio bullæ cœnæ Domini  
hec contra falsarios literarum apostolicarum, non com-  
prehendit eos qui surreptitiè, vel obreptitiè impetrant  
literas apostolicas, vel vtuntur illis, quia non sunt literæ  
falsæ secundum Nauarrum in capite ad audientiam 1. de  
rescriptis. ¶ Neque comprehendit eos qui vtuntur falsis,  
quia solum loquitur bulla de falsantibus, & aliud est fal-  
sare, & aliud vi falsis, vt colligitur ex dicto cap. ad falsan-  
torum, quo excommunicantur omnes falsarij, & non  
omnes falsis vtentes: nisi solum laici. ¶ Postremo aduer-  
tendum, quod ille dicitur habere literas falsas, vel vi  
eis, qui sciens, vel debens scire esse tales, vtitur eis. Ad-  
uerte hic quod non est fraus annullans absolutionem si-  
quis sub confidentia bullæ peccet nisi exprimat in bul-  
la, scilicet quod qui peccauit sub tali confidentia bullæ  
non possit absolui. Secus est si diceret quis sumamus bul-  
lam ad peccandum, quia secundum rationem minus ma-  
lum est peccare sub confidentia procuradi absolutionem  
postea per bullam quam sine intentione sic pœnitèdi, que  
regula deseruit & ad alios similes casus vbi aliquis vide-  
tur interuenire abusus priuilegij vel gratiæ. Hoc est pro-  
babile præsertim quando alias etiam sine intuitu absolu-  
tionis percipiendæ per bullam peccaturus erat vel paratus  
erat peccare.

¶ De falsantibus quoque pondera, stateras, menfuras,  
aut de illis falsis scienter vtentibus non est dubium obli-  
gationem incurrere restituendi, cap. 1. de emptione, & ve-  
dicatione: si sequatur aliquod damnum. ¶ Idem de illis  
dicendum est, qui falsant subscriptionem, vel inscriptionem,

*¶ Caiet.  
vbi supra.  
arg. l. m. de  
iuris. §. si  
de tract. de  
nox.*

*t Alterius* nem, aut sigillum prælati, aut aliorum quorumlibet cum  
*literas ape* simili obligatione restituendi si damnum sequatur. ¶ *Et*  
*riens puni* falsarius quoque dicendus est secundum Innocen. alterius  
*ri debet tū* literas aperiens ut legat, & licet talis minus peccet quam  
*quam falsa* si falsificasset sigillum apponendo adulterinum, tamen  
*rius, secun-* falsarius est.

*dum glo. in* ¶ At forte quale peccatum sit literas alterius aperire,  
*ca. olim. 2.* quæret aliquis, an semper sit peccatum mortale? ¶ *Igitur*  
*de officijs.* quæstionem sic breuiter concludimus, quod talis aperiens  
*Panor. ib.* alterius literas non sibi missas, ut legat, mortaliter agit, nisi

*Q. 8.* si quando est superior, vel sub rati habitione facit, vel in  
*¶ Crimen* aduertenter sine malitia, vel quando non sunt alicuius in  
*stelliona-* portantis, quia cum talis sit puniendus tanquam falsarius, vel  
*rius nomen* ut de crimine stellionatus, apparet in hoc peccare mor-  
*sumpsit à* taliter.

*stellione, la* ¶ Sed quid si essent literæ alicuius manifesti aduersarij,  
*certa stella* nunquid liceret tunc aperire eas? Respondet Archiepiscopus  
*ta. Aciat.* Florétinus, quod si essent luere alicuius manifesti aduer-  
*lib. 1. Pa-* sarij, & dubitaret de aliquo graui malo contra se contem-  
*tergo c. 46.* to in literis: non peccaret mortaliter eas tunc aperiendo: hoc

*Q. 9.* enim non est contra charitatē, sed in sui defensionē, quia  
*x arg. in l.* plus sibi tenetur quis, quam alteri. ¶ *Et tandem aperiens*  
*1. §. is qui.* literas & ostendens aduersario mittentis potest puniri  
*ff. ad leg.* falsarius. \*

*Cornel. de* ¶ Sicut etiam qui deposita instrumēta ostendit aduer-  
*falsis.* sario, ut soliti sunt facere mali notarij & procuratores in-  
*¶ Diuino* cidit in crimē falsi ut ibi in d. l. 1. sed hic casus solet in sy-  
*¶ huma-* nodalibus reservari, sicut tacere verū, aut testificari falsū

*no iure ra-* in manu iudicis in præiudiciū tertij solet per synodales  
*les abusus* esse casus reservatus, aut per reservationes episcoporum  
*prohiben-* ¶ Deinde ad peccata falsationum pertinet uti falsis re-  
*ur: patet.* liquis, aut veris causa turpis quæstus & ebrietas, & co-  
*cap. 2. de re* messationum mortalium, aut miraculis, aut reliquiis no-  
*lig. 1. nemo.* us ab episcopo non approbatis, quando prædicta sunt cau-  
*¶ de sacro-* sa turpis quæstus, talis turpis quæstus venit restituendus.

*sanct. eccl.* ¶ Turpis autem quæstus hic quis dicatur, forsitan quis  
*¶ Concil.* ambiget. Intelligat ergo authore Nauarro turpem  
*Frid. Sess.* quæstum dici qui queritur ex venditione, locatione, tra-  
*25. de inuo-* ditione, vel ostensione reliquiarum, & aliorum sacro-  
*cat.* rum, cum pacto ob id aliquid recipiendi, & hinc aperi-

*Q. 10.*

*Q. 10.*

nascitur obligationis restituio, vel cum prædicta fiunt z Summa sine principali ob id aliquid recipiendi, & hic ubi abest Lat. 17. pactum, simonia est tantum mentalis, sed variant docto- num. 169. res circa restitutionem necessariam sic accepti. Nam So- tus iure divino pecuniam sic acceptam fore restituendã a Qui Dei ait in conscientia, quia dicitur gratis accepistis a, gratis dona qua date. Alij autẽ doctores, dum abest pactum, oppositum au- gratis accõ- tumant. Sed de hoc in materia de simonia latius. Si autem- piuntur, vt minus principaliter in ostensione verarum reliquiarum- gratis den- temporale gratis sibi exhibendum intẽdatur, & fiat prin- tar propter cipaliter in honorẽ, & reuerẽtiam sanctorum, sicut vt im- sua lucra- plurimum fieri solet, abest turpis quæstus, & peccatum, vel emit, vide hæc in sententia Nau. loco citato ait. vel vendit cum Simo- ne donum

An in casibus hic commemoratis committatur fraus & falsitas inducens restitutionem, & de falsitate testium, & de literis commendatitiis dantibus occasionem fallendi.

C A P. XLIIII.

NE prolixi esse videamur, & ne aliquid deficiat, I. 93. quod merito desiderari possit, reliqua minutiora ad hanc materiã attinentia prosequamur oportet in hoc capitulo seorsum, quare & meminisse libet hic illius casus, cuius meminit Corduba a dicens, non esse condem- ad Cordubã nandum quendam scribam vt falsarium, qui ad petiti- ad lit. ad tract. de ca- nem minorum, in mandato dato procuratori ad inten- sib. consi- tandam litem contra quandam mulierem turticem sitorũ 184. filiorum super tributum, addidit & contra eius minores, quia sic expediebat minoribus, quia si senatores in suo b Hæc recõ- capitulo, ex cuius nomine tale mādatur dabatur, aduer- sit sylue- tissent, sic tale mandatum cum illa additione, & etiã con- ster. tit. fal- tra minores darent, & quia sine præiudicio fuit talis ad- sarius. & ditio, ideo in foro conscientie, non venit damnadus: Se- cuitu. tabel- tus in iudiciali foro, quia ibi immineret ei periculum, & ho- c Vide Pa- interuenientibus in facto, quia pro tali facto puniren- no. in c. tur. b

At vero secundum Hostiensem ad hoc quod quis possit puniri de crimine falsi, oportet quod adsint hæc iuretur. tria, videlicet mutatio veritatis, dolus & iactura. Vnde

x + nes



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN